Brosii Joan: De literarum in Polonia vetustate.

HUGONI.
A' KOLLĄTAY.

SACRÆ. THEOLOGIÆ. DOCTORI.
CANON. CATH. CRACOVIEN.
SOCIETATIS. LITTERATORUM. MEMBRO.
BONARUM. ARTIUM. PATRONO.
ERUDITÆ. ANTIQUITATIS. STUDIOSISSIMO.
DE. LITTERARUM. IN. POLONIA. VETUSTATE.
JOANNIS. BROSCII. THEOLOGI. MEDICI.
M. S. S.
BIBLIOTH. ACAD. CRAC. COLL. MAJORIS.
D. D. D.

JOANNES BROSCIUS Cureloviæ natus 1574. *Rosa* pro insigni usus, primam ætatem suam in Academia sub MM. *Alberto Borovio. & Stanislao Curelov*, excoluit, ipse tandem in AA.LL. Magister 1610. renunciatus. Eloquentiæ utriusque, Philosophiæ, Mathematum, Linguæ Græcæ præsidiis munitus Patavium adiit, ubi exacto Galeni & Hypocratis studiô, Lauream consequutus, in Patriam redux, primùm *Szyszkovio Episcopo* Medicus Ordinarius fuit. Arte deinde sua celebris evasit adeò, ut Principes in Polonia Viri, illibatis præsertim suis moribûs allecti, incredibili eum amore existimationeque complecterentur. Ingravescente ætate, docendæ Theologiæ animum admovit, in cujus arcanis profundissimè versatus, cùm supremos retulisset honores, Can. Cath. Crac. Mederecensis Præpositus, exactîs Deo Patriæ, Academiæ LXXVIII. inter mortales annîs, Albo immortalitatis nomen dedit 1652.

Scripsit 1. *Varia & multiplicia Poëmata.* Urbano VIII. Sigismundo III. Vladislao IV. Gembiccio, Szyszkovio, Zadziccio, &c. nuncupata, in quibus mirus elegantiæ lepos invenitur. Non minùs fuit felix in Oratoria, cujus non pauca reliquit monumenta.

2. *Apologiam* contra Petrum Ramum pro Euclide & Aristotele. Item alias binas contra antiquos Calendarii errores evulgavit.

3. Tractatus aliquot Mathematicos in Rebus Arithmeticis & Geometricis edidit. Bibliothecam Crac. Coll. Maj. multis præclaris in omni Facultate Librîs Instrumentîsque Mathematicis ditavit.

Annô 1361. KAZIMIRUS Rex Poloniæ, in villa Bawoł aliàs in Oppido Kazimiriensi, secus murum & „Ecclesiam Sancti Laurentii, domos, came- „ras, lectoria, lapideo murô pro habitati- „one & lectionibus Doctorum, atque Ma- „gistrorum novæ Universitatis, pro decore „Regni Poloniæ erigendæ, edificavit. „Missisque notabilibus Nunciis in Aveni- „onem, ad URBANUM PAPAM V. hu- „jusmodi fundationem à Sede Apostolica „admitti obtinuit. *Jacobus* enim *Secundus*, „SWINKA cognominatus, Archi-Episco- „pus Gnesnensis, per Litteras Apostolicas „Commissarius & Exequutor designatus, „præfatum Studium Kazimiriense seu Cra- „coviense confirmavit. Quod tamen mor- „te KAZIMIRI interveniente, non fuit „sortitum effectum, nec ipsa fundatio at- „que dotatio, progressum habuit. Privi- „legium URBANI PAPÆ sic incipit = „*URBANUS Episcopus Servus Servorum Dei*,

 „Cha-

„ *Charissimo in Christo Filio* KAZIMIRO
„ *Regi Poloniæ Illustri, Salutem & Apostolicam*
„ *Benedictionem.* DECET REGIAM CEL-
„ SITUDINEM *&c.* ut in dicta Civitate
„ hujusmodi existeret Studium Generale.
„ Illudque perpetuis temporibûs inibi vi-
„ geret, tam in Juris Canonici & Civilis,
„ quàm alia quacunque licita, præterquam
„ in Theologica Facultate. Et quòd le-
„ gentes & studentes ibidem omnibus pri-
„ vilegiis gaudeant &c. Datum Avenione
„ Kalendîs Septembris. Pontificatûs Nostri
„ Annô Secundô.

„ Privilegium autem Regis KAZIMIRI
„ de libertatibus Studii Cracoviensis, po-
„ stea concessum sic incipit = In Nomine
„ Domini Amen. EA QUÆ EX REGALIS
„ MAGNIFICENTIÆ PLACITO &c. A-
„ ctum Cracoviæ in die Pentecostes 1364.
„ Consulum verò Crac. qui ad vota RE-
„ GIS KAZIMIRI omnes libertates per
„ Regem concessas, se custodire & obser-

„vare

„ vare ſubmiſerunt, Privilegium ſic incipit.
„ = In Nomine Domini Amen. EXPEDIT
„ REIPUBLICÆ PERPETUO &c. Actum
„ Cracoviæ, in die Pentecoſtes, ſub Anno
„ Domini 1364. Prædicta Privilegia ha-
„ bentur in Majori Collegio Artiſtarum
„ Univerſitatis Cracovienſis.

„ Item REX KAZIMIRUS per eoſdem
„ Oratores in Avenionem miſſos, Eccleſiam
„ Metropolitanam in Civitate Leopolien.
„ per URBANUM V. VIII. Idus Aprilis,
„ ad dotationem ſufficientem erigi & fun-
„ dari obtinuit, quod & factum eſt. Præ-
„ fatus enim Archi-Epiſcopus Gneſnenſis
„ JACOBUS SWINKA, Litteris ſibi præ-
„ ſentatis, perſonaliter Leopolim tranſiit,
„ & ex Parochiali Eccleſia Leopolienſi, in-
„ ſpectante KAZIMIRO REGE, & uni-
„ verſa ejus Militia, Archi-Epiſcopatum
„ erexit. Primumque Archi-Epiſcopum
„ dictæ Sedis CHRISTINUM Virum No-
„ bilem inſtituit & conſecravit. =

Ita

Ita quidem MIECHOVIUS, de prima Academiæ institutione, vel potiùs de Diplomatum Summi Pontificis exequutione facta, per Archi-Episcopum *Jacobum Swinka*. Sed pace tanti Viri dixerim, ratio temporum aliter evincit. Nam *Jacobus Swinka* Archi-Episcopus Gnesnensis factus est Annô 1283. Mortuus verò 1304. Ac idem *Miechovius* memorat 1284. Annô (lib. 3. cap. 61.) à *Jacobo Swinka* Archi-Episcopo Gnesnensi excommunicatum fuisse, *Henricum Ducem Wratislaviensem*.

Fierine poterat, ut prope octogesimô annô in Archi-Episcopali Cathedra sedens, prima Academiæ fundamenta poneret?

Puto potiùs memoria lapsum *Miechovium*. Pro *Jarosłao Skotnicki*, aliàs *Bogoria*, posuisse *Jacobum Swinkam*. Nam ùt infert *Długossus*, in Vitis Archi-Episcoporum Gnesnensium

snensium primò, mox Episcoporum Cracoviensium *Jaroslaus Bogoria*, Archi-Episcopatui præfuit annos ultra 34. mortuus Annô 1376. XVI. Septembris, Calissiæ. Itaque incepit Annô 1342, ut idem *Długossus* narrat XIII. die Mensis Februarii.

Ac ipse *Miechovius* narrat L. 4. Chron. cap. 34. *Jaroslaus de Skotniki* qui excæcatus erat, & de Archi-Episcopatu Gnesensi cesserat, plenus dierum, quia centenarius in Kalisz mortuus, in Archi-Episcopali domo, Annô Domini 1376. Die 16. Septembris mortuus est, & 20. ejusdem Mensis, in Ecclesia Gnesnensi, in Sacello ab eo fundato, & dotato sepultus.

CROMERUS verò, circa Annum 1342. (non enim annorum distinctio, in illo evidens est) scribit. = JANISLAUS Archi-Episcopus Gnesnensis, extrema senectute

defun-

defunctus, Successorem accepit *Jaroslaum Skotniccium* Gente *Bogoriam*.

Idem verò *Cromerus* cum de prima erectione Academiæ agit. Annô, inquit 1361. KAZIMIRUS REX missis Avenionem ad URBANUM Pontificem Maximum INNOCENTII Successorem Oratoribûs impetravit, ut in Russia Cathedra Metropolitica; Cracoviæ verò, Casimiriæ nova Academia institueretur: id quod CAROLUS Imperator & Rex Bohemorum, *Pragæ* jam fecerat.

Atque illud quidem perfectum est. Eodem anno, primus Archi-Episcopus Leopoliensis fuit CHRISTINUS, homo Equestris Ordinis, quanquam non memoratur, cujus Gentis fuerit, à Gnesnensi Archi-Episcopo, præsente Rege consecratus. *Academiæ* verò cæptum opus magna parte ædificiorum, consequentibus annîs, magno sumptu

ſumptu excitatæ, ad finem tamen tunc perductum non eſt, KAZIMIRI morte intermiſſum. Invidere ipſi fortaſſis fata hanc gloriam; ut integra ſolidaque WŁADISLAO JAGELLONI maneret. Præterea repullulans rurſus inter Epiſcopum Cracovienſem & Regem, Sacrumque & Prophanum Ordinem controverſia, de Jure Decimarum & Interdictorum, eodem anno, arbitriô *Jaroslai* Archi-Epiſcopi Gneſnenſis, qui tunc fortè Cracovienſem Diœceſim viſitabat, ex Compromiſſo ſedata eſt. Cujus decreti exemplum extat in Conſtitutionibus Regni, & Synodalibus vulgò editis.

Quid clarius dici potuit? Etſi enim *Jaroslaum* circa Academiam non exprimat, tamen eundem circa Controverſiam Decimarum, & quidem eodem Anno exprimit.

De

De resignatione Archi-Episcopatus & morte ejusdem JAROSLAI *Cromerus l. 13.* Nec multò post seniô confectus & oculîs captus *Jaroslaus*, cùm supra triginta annos Archi-Episcopus fuisset *Nicolao Cossutovio*, Præposito Gnesnensi, propinquo suo, Archi-Episcopam concedere statuerat. Sed cum is improvidè sine Regia commendatione, & Collegii Gnesnensis consensu, Avenionem ad GREGORIUM XI. P. M. ea de re se contulisset, infecto negotiô inanis rediit.

Neque tamen *Jaroslaus* dimittendæ Archi- Episcopæ cogitationem deposuit, sed *Joannem Suchyvilcum*, Juris Canonici Doctorem, cujus antea mentionem fecimus, sororis filium successorem sibi legit. Verùm is quoque plusculum negotii in conficienda re habuit, palam commendante, & clam impediente ejus causam, LUDOVICO

VICO apud Pontificem Maximum. Ad extremum tamen nova Regis commendatione, & Collegii approbatione adjutus, voti compos factus est. *Jaroslaus* verò ex Pomeransciis & Opatovicienſibus Poſſeſſionibûs ac Decimîs in ora Caliſſienſi, indulgentiâ Pontificis Maximi, ad uſum ſuum retentis, in *Landenſe Monaſterium* ſeceſſit, & biennium fere ibi exegit. Deinde pertæſus Monaſterii, Caliſſiam commigravit, ubi intra vertentem annum vitâ exceſſit.

Ex his jam palam liquet, *Jaroslaum* ſupra triginta annos, Archi-Epiſcopatum tenuiſſe, atque *primam Academiæ Fundamentorum poſitionem*, in ejus, non autem in JACOBI SWINCÆ tempora, incidiſſe.

Id verò magis liquet ex Serie Archi-Epiſcoporum Gneſnenſium, ùt à *Długoſſo* recenſentur, unde quæ ad hanc deductionem ſpectant, deſumo: JA-

JACOBUS SWINKA electus An. 1283.
Demortuus. ad Annum. 1304.
BORZYSLAUS ad Annum. 1306.
JANISLAUS ad Annum. 1342.
JAROSLAUS BOGORIA ad Annum. 1376.

Cùmque primam laudem inchoatæ Academiæ JAROSLAO BOGORIÆ restituerimus, restat, ut eundem tanquam KAZIMIRO MAGNO suasorem Academiæ instituendæ ostendamus. Qui enim varias regiones, in iisque Academias non solùm peragravit, verùm etiam summa laude gubernavit, cur Patriæ quoque eam, quæ ex studiis ingenuarum & liberalium artium habetur, utilitatem non exoptaret. Memoratur etiam (inquit *Cromerus*) de eo illud excelsi animi facinus, quòd cùm Juvenis adhuc Bononiensis Academiæ Rector esset, transtulit inde Academiam sua authoritate propter *Britannum sive Anglum*

quendam

quendam Scholasticum, à Magistratu Urbis capite plexum; nec priùs eam restituit, donec pro cæde Angli satisfactum est.

„ *Długossus* in Vitis Archi-Episcoporum Gnesnensium, hoc idem ita describit. „In „ studio Bononiensi, dum illum minor ha„ beret status agens, & Rectoratus officio „ fungens, dum Anglicus studens, ob „ adulterium, quod cum quadam fæmina, „ viro consentiente patraverat, capite ple„ xus esset, Studium Bononiense transtu„ lit, nec ante restituere consensit, donec „ PAPA JOANNE XXII. jubente, Capella „ in detestationem homicidii, per Bono„ nienses erecta, & in salutem Anglici „ occisi dotata est.

Quo tempore res adeò memorabilis facta sit? ex *Długossi* annotatione ùtcumque colligi potest. Constat enim JOANNEM XXII, iniisse Pontificatum Anno 1316. sedisseque

ſediſſeque Annîs 18. Menſibûs 3. & diebûs 18.

Sed tamen erroris Chronicorum Miechovii, cauſa eſt inveſtiganda? Neque enim de nihilo eſt, JACOBUM SWINKAM ibi nominari. Multos antiquos libros legit *Miechovienſis*: quorum aliquos ego inſpexi, ſed vix legibiles, propter notas jam fugientes, ùt fieri ſolet, cùm loco humido libri reponuntur, ſituque putreſcunt, aut alias ob cauſas, quæ plurimæ reperiri poſſunt.

Non JAROSLAI tantùm, aut KAZIMIRI MAGNI, ſed multorum ab origine Chriſtianæ fidei, in Poloniam inductæ votum fuit, Academiam in Polonia erigere. Quod enim laudabile, Noſtri in exterorum Regionibus videbant, cur id in Patria extare non optarent? Ita Sanctus Stanislaus

Gneſnæ

Gnesnæ primùm, deinde verò Parisiis litteris excultus scribitur.

Quid, si demonstravero usum Philosophiæ, & Mathematicarum Artium, ante omnem Academiæ in Polonia originem?

Extat gravissimus Author VITELLIO, (*) qui se nominat filium *Thuringorum & Polonorum*. Hoc est, ùt *Fridericus Risnerus*, in Præfatione ejus *Opticorum* demonstrat, *vel Patre Thuringo, Matre Polona, vel è contra natus*. Quo is tempore vixerit, variant Autho-

---

(*) *VITELLIO ou VITELLO Polonois, composa en Italie, vers le milieu du XIII. Siécle, un Ouvrage d' Optique, digne d' estime. Il a éte imprimé en Allemagne, par les soins de Frederic Risnerus, l' an. 1572. beaucoup plus correct, que dans l' édition, qui en avoit paru à Noremberg l' an 1535. Moreri Tome 8. Let. V. p. 144.*

A8

Authores. Certiſſima tamen argumenta ſunt. vixiſſe circa Annum 1274. ùt Pamerus & Rheinholdus exiſtimant, tum & Antonius Gagatia in libello de Sectione Parabolæ. Ac Riſnerus quoque in Præfatione ſupra nominata ex temporibus Fratris *Guilelmi de Morbeka* cui opus ſuum *Vitellio* inſcripſit. (**) Etſi verò *Riſnerus*, putat *Vitellionem* in Italia Opticam exercuiſſe, certum tamen eſt, ex multis in illo opere obſervationibus, in Polonia quoque Opticam ab illo excultam, cum antea in Italia Patavii circa Villam Cubalum occaſionem ſumpſiſſet. Præcipuè *libro X. circa Prop. 74. de Iride.* ubi ſcribit ſic; (*in terra noſtra Poloniæ circa* *eleva-*

(**) *Meerbeke (Guilaume de) celebre Religieux de l' Ordre de Sainct Dominique - - Archevêque* de Corintho - - *Il fut diſciple d' Albert le Grand - - Witelon Polonois lui dedia ſon livre de la Perſpective, & lui donna les plus grands eloges. - - Il mourut ce ſemble avant l' an 1300.*

elevationem 50. grad.) Et antea aliquot observationes nominat circa Wratislaviam, & nemus *Borut.* an *Borek?* Cum igitur circa illa tempora JACOBUS SWINKA vixit, ùt ex ſupra ſcriptis liquet; talem tantumque. Archi-Epiſcopum probabile eſt, cognoviſſe Viros eruditione claros, qui tunc in Polonia florebant, præcipuè in iis ſtudiis, quibus maximè Academiæ florent, in exteris regionibus.

Certum enim eſt, ùt temporum, ita quoque ſtudiorum, quaſdam viciſſitudines, & quaſi revolutiones eſſe; ut nunc quidem illa ſtudia effloreſcant, mox alia, atque alia. Ac proinde credibile eſt, *Jacobum Swinkam* exoptaſſe cum aliis, ut Artium & Scientiarum Generale Studium inſtitueretur. Quod cùm *Miechovienſis Vir eximius*, inter fugientes antiquarum Scri-

pturarum characteres inveniſſet, non obſervata temporum ratione, *pro Jaroslao* impoſuit *Jacobum Swinkam*, cujus hoc idem votum Academiam erigendi fuiſſe, ex Antiquitatibus Polonicis cognoverat.

Sed quæ occaſio Thuringis aliisque exteris in Poloniam commigrandi? Exponam iſto loco meam opinionem, quam authoritatibûs quoque, ùt decet antiquarum rerum interpretem communiam. Multa enim præclara Gentis noſtræ geſta, ſcriptorum penuriâ perierunt, inter continuas bellorum tragædias. Pudor autem fuit antiquis Militibus Litteras noſſe, ùt alicubi memorat *Stanislaus Orechovius*, quòd impetum fortitudinis in hoſtes, cultu litterarum enervari exiſtimarent: *Horrent Tyrrhenos Heliconia plectra tumultus*, ùt eleganter aliquis Pòëtarum ſcrìpſit. (***)

Plutus

Plutus ille cæcus divitiarum Deus, multas in Polonia opes recondidit, præcipuè circa Gracoviam, circa quam per circuitum amplæ fodinæ reperiuntur, Bochnæ, & Vieliciæ *falis*: Ilcussii (& alibi si per aquas liceret) *plumbi & argenti*. Kielciîs *Æris*; Chencini *marmoris*, & in aliis multis locis. Ait Maro: *Auri sacra fames*, *quid non mortalia pectora cogis?* De istis ergo in terræ viscere repositis opibus cum exteri cognovissent, passim út quisque valebat ingenio, huc migrabant, à Principibus evocati. Quia verò in Thuringia salis copia vel eruebatur, vel excoquebatur, inde Viri fodinarum experientiâ celebres evocabantur, atque hìc domicilia figebant. *Vide Schroterum de Salinis Vieliciensibus carmine descriptis.*

Jam

Jam si consideres machinas, quibûs metalla extrahuntur, si colligas nomina Instrumentorum Germanica, quibus fossores passim utuntur: concludes necessariò meam conjecturam non esse nullam; ubi Mechanicæ omnes potentiæ, magna & publica utilitate exercentur, ut à summo Philosopho & Mathematico edocti videantur. Multòque utiliùs res ista tractari posset, si Geometriæ præceptis præcognitis animus eorum qui præsunt, usu & praxi, in potentiarum Mechanicarum valore & efficacia excoleretur. Sed multorum plerumque ingenia æmula sunt, non docilia. Ideoque fit, ut consilii quod ipsimet non dederunt, vel dare propter ignorantiam artis non potuerunt, plurimùm sint inimici.

(***) ORECHOVIO Apocalypsim seu Faciem perturbatæ & afflictæ Reipub. *quæ Annô 1625. prodiit, in lucem edita à Nicolao Orechovio nepote suo, tribuit* Starovolscius *in sua Centuria Illustrium Poloniæ Scriptorum.*

rum. Opinio hæc ad hodiernam usque diem inolevit. At verò revolventi mihi M. S. S. Bibliotheca Crac. Acad. bonâ fortunâ factum; ut non injucundam occasionem nanciscerer nobilem adeò fetum Parenti suo vindicandi DEMETRIUS SOLIKOWSKI ARCHIEPISCOPUS LEOPOLIENSIS. Utrâque Philosophicâ Laureâ, in Acad. Crac. decoratus EST ILLE, qui opus istud in Libros XX. digestum = DIVO Sigismundo Augusto, Polonorum, Ruthenorum, Prussorum, Masoviorum, Samogitarumque &c: Regi Opt. Max. nuncupavit. = In primo folio hujus M. S. S. titulus ejusmodi legitur. FACIES PERTURBATÆ & AFFLICTÆ REIPUB. ejusque restaurandæ ratio, per visionem in Pathmo insula revelata.

A. D. S. P. Q. P. (a)

Quod vidi, retuli, Patriam, quia diligo, cujus
Sum Soboles, Matris damna tacebo meæ?
Sed quia tantorum datur hic medicina malorum,
Ut sic eveniat, quisque rogate Deum.
Et vos o! Proceres, votis adjungite curas,
Ac operi impigras ipsi adhibete manus.
Non verbis opus est tantùm, nec dicere semper
Sufficit, occidimus, occidimus miseri.
Accidit hoc vestro meritô, ut pereamus, & ipsa
Mater vos causam perditionis habet.

(a) A. D. S. P. Q. P. Litteræ initiales videntur indicare has voces: A. Demetrio. Solikowski. Proceribus. Quiritibusque. Polonis.

Succe-

Succedit tandem Epiſtola Nuncupatoria ad Regem: in qua Author in meritas laudes AUGUSTI ſeſe effundens, reddit inſuper rationem, cur opus iſtud non typis exaratum, ſed manu deſcriptum Regi devoveat. En illius verba = *Illa tamen* (mala) *ut in omnium oculos incurrunt,*
„ *ita ſcriptum ipſum, quô illa liberiùs notantur*
„ *ita preſſi, ne per Typographicam officinam, in*
„ *lucem exhibitô vicinis Regni Provinciis, ſpe-*
„ *ctandam ſe faciem Reipublicæ noſtræ præberet.*
„ *Sed ipſum quidquid eſt, quod Majeſtatis Tuæ*
„ *Sacræ oculis indignum eſſe fateor, Tibi MA-*
„ *NUSCRIPTUM offero. Supplex peto, ut*
„ *quæ Te ab incunabulis ipſis poſſedit clementia,*
„ *ejus vel tenuem radium in me derivari per-*
„ *mittas, meque inter eos, quos apud Te clemen-*
„ *ter habes, infimum habere digneris. Vale Rex*
„ *& Vince. Parcovii 5. Auguſti, die feliciſſimi*
„ *Tui Natalis 1554. Sacræ Majeſtatis Tuæ*
„ *Regiæ. Fidele mancipium.* Joan. Demetr.
„ Solikowſki.

Eſt & alia nota *in dicta Epiſtola, quæ Authorem Apocalypſeos SOLIKOVIUM gravi indiciô detegit. Sic enim ille Regem affatur* =
„ *Fateor me aut temerarium ac arrogantem cui-*
„ *piam videri poſſe: temerarium, quòd tenue hoc*
„ *& puerile ſcriptum, UT QUOD AB*
„ *ÆTATE MEA NON MULTUM DIS-*
„ *SIDEAT, Tibi Maximo Regi & Prin-*
„ *cipi*

„ cipi offerre non verear: arrogantem: quia non-
„ nulla quædam ex aliorum narrationibus sum-
„ pta (quid non est dictum, quod non sit dictum
„ priùs?) pro meis vendicare audeam. = Hinc ita ratiocinari fas esto. Solikovius dicit opus suum puerile & ab ætate sua non multùm dissidens. Juvenis adeò erat, cùm illud scriberet: nimirum agens Annum XXV. Quod Annum emortualem 1603. Ætatis suæ LXXIV. Pontificatûs XX. cum anno inscripti operis 1554. conferens, facili negotiô colliges.

„ Discrimen, quod inter M. S. S. & Edit.
„ Leop. 1630. Typîs Szeligianis deprehendi, est.
„ In editione Leopol. ad calcem Cap. 8vi deside-
„ ratur. = Fortè Vir quidam illustris, sed admodùm severus, & in hæc tripudia Rei-privatæ acer, nomine TIMOR DEI ab ostio rejectus, januâque exclusus, non sine stomacho forîs remansit. = Tandem in Edit. Leopol. Caput 15. pro Capite 16. & rursus Caput 16. pro Capite 15. M. S. S. permutatum. Similiter & reliqua tria extrema capita diverso ordine disponuntur. Phrasis non eadem utrobique constanter servata, at sententiæ retentæ.

Causam erroris circa Authorem crediderim, quòd Orechovius Solikovio suppar Opus hoc eximium, novitate argumenti commendatum, ex Tabulario Regio, manu propria transcripserit, præ-

ter-

termissâ, parcendo labori, Epistolâ Nuncupatoriâ, utpote prolixiore, Athorem tamen Solikovium præferente M. S S. istud successu temporum in Archivo Gentis, Nicolaus Orechovius *repertum, & ex manu Avi sui, pro genuino partu,* bona fide, nihil aliud contrarium suspicans, *judicatum, sub Decessoris* Stanislai *nomine feci evulgari. elapsis Annis prope L X. Hæc ego quidem conjector. Alii aliter judicent. per me licet.*